

Dñica in Septuagesima

in statu peccati mortalis dicunt dormire. qz ad modum dormientiū non negociant. s. p. merituz vite eterne. ideo qlibet talis excitef. ad **Ep̄. v.** Surge qui dormis et exurge a mortuis. **D**abat ergo christus intelligere qz cum hoies peccatis grauissimis abūdarēt tunc veniret antichristus sicut infirmis regimē medici non tenētib⁹. aduenit mors. **D**at. xxiiij. **Q**m̄ abūdauit iniquitas refrigeret charitas multoz. **E**t subdit. **T**unc venit summatio rē.

Dñica in. lxx. Sermo primus.

Multi sunt vocati. pauci x̄o electi **D**at. xx. Sanctuz euangeliū hodiernū in summa p̄tinet tres altas et subtiles materias theologie. s. vocationē gratie. donationē glorie. distinctionē vite **D**e his tribus dicit sermo noster. et de tertio loq̄tur thema. **M**ulti sunt vocati pauci x̄o electi. verbū est terribile sed verū. **D**ico p̄mo qz in sc̄to euangeliū hodierno ostendit vocatio gr̄e. s. quando deus sua bonitate vocat p̄sonas ad bonā vitam et ad suam gr̄am sine p̄cedētib⁹ meritib⁹ creature. de hoc dicit **pe. ap̄ls.** Deus ois gr̄e. sup̄. dato: q̄ vocauit nos in eternā suā gloriā. s. **pe. v.** **H**odū hui⁹ vocatiōis et diuinitatē et differētiam declarat euangeliū in parabola di. **S**imile est regnū celoꝝ hōi patrifa. rē. vbi ponit q̄nqz diuinitas hui⁹ vocatiōis ad bonā vitam et p̄niam et ad suā gr̄am. sicut sunt q̄nqz etates p̄ncipales hois siue mulieris. et quidā vocant hora p̄ma. q̄da3 hora tertia. **H**ora p̄ma ē puericia. qz tūc incipit claritas diei. sic in puericia incipit claritas discretionis ad discernendū in bonū et malū. et hō incipit habere verecūdiā et deuotionē et cauere a peccatis. tales vocant a deo hora p̄ma. **H**ora tertia dicit adolescētia a. xv. ānis vsqz ad. xxv. qz tūc instar solis magis onduunt claritatē discretionis et deuotiōis qm̄ in tali etate recedūt a peccatis et incipiunt bonā vitam. vocant a deo hora tertia. **A**lij vocant a deo hora sexta rē. sicut iuuenes q̄ ad instar solis sunt in flore iuuentutis et in feruore iuuentutis corp̄alis. qm̄ tales p̄uertunt ad deum vocant a deo hora sexta. **H**ora nona ē senectus qm̄ hō ad instar solis iam inclinā versu terraz qm̄ tales in illa etate vocant vel p̄uertunt ad deum et ad p̄niam. vocant hora nona. **H**ora vnde cima vocat hora vesparū. et hora. xj. ē decrepitus. qm̄ in tali etate p̄uertunt ad deū dicunt vocati ad deū hora. xj. qm̄ p̄uertunt de peccatis restitūt remittūt iniurias p̄stent rē. **E**cce vocatio gr̄e in qlibet etate. sed p̄ma ē melior. de q̄ **biere.** **B**onū est viro cū portauit iugū dñi. iugum scilz obediētie et preceptum dei ab adolescentia sua **Abren. iij.** **R**atio. qm̄ q̄ in adolescētia se dat peccatis et male vite. postea cuz magna difficultate p̄nt p̄uertit et redire ad deū. qz p̄suetudo ē altera

natura. iō **biere. xij.** **S**i mutare p̄t ethyops pellem suā aut pardus varietates suas. et vos poteritis bene facere cū didiceretis malū rē. **E**t p̄cordat versus phie di. **Q**ui nō assuescit virtutibus dñi iuuenescit. a virtutibus nescit deिनere qm̄ se nescit. **I**ō dicit scriptura sacra. **A**dollescēs iux̄ viam suā etiam cū senuerit nō recedet ab ea **Pro. uerb. xxij.** **M**oralit̄ dicit quō est magnū peccatū patris et m̄ris si filij sunt male nutriti. qm̄ virga tenera leuif p̄t dirigi rē. iuxta similitudinē boni hortulani q̄ nutrit et ordinat arbores bñ. alias si sint curue et male ordinate culpa sua. **I**ō vos de m̄rimonio estis hortulani q̄ plātatis arbores in horto ecclesie. iō rē. **D**ic quō filij sunt nutriti/ di ne iurēt p̄ deū nec p̄ sc̄tos sed vt affirmēt p̄ ad uerbia. et qm̄ erūt magni tūc nō erunt iurai oꝝ nec blasphemii rē. **N**ota hoc virtū et die exempluz sancti **Ludouici regis fr̄cie.** **H**ic enī quadā die quēdam quē blasphemantē audierat in labijs ferro calido cauterizari p̄cept. vellem inq̄ens in labijs meis hāc indecentiā sustinere dñi modo **B** virtū blasphemie pessimū de regno meo penitus tollere rē. **D**igni sunt morte nō solū qui faciūt ea sed q̄ p̄sentit faciētib⁹ ad **Ro. i. glo. Augu.** **C**onsentiūt faciētib⁹ q̄ deberēt corrigere et nō faciunt. p̄mū p̄tinet ad parētes. sc̄dm ad seipsum tūc a dños et rectores cōitatū. **N**ota tres deberēt esse pati ad mortē. s. clericū marinarū. et hoies armorū. q̄ q̄tidie sunt i piculo mortis et tñ isti sunt cōiter peiores. **I**ō dicit ap̄ls parentib⁹ ad **Ep̄. vj.** **P**res nolite ad iracūdiā supple dei puocare filios v̄ros. sed educate illos i disciplina et correctiōe dñi. **D**ico sc̄do qz in sc̄to euangeliū ostendit donatio glorie. qz iō deus dat alicui suā gr̄am vt det sibi finalit̄ suā gloriā. qz gr̄a est dispositio ad gloriā habēdā. **D**avid ps. lxxxij. qz miam et veritatē diligit de⁹. gr̄am et gloriā dabit dñs. **N**ota bñ istā declarationē reddēdo singula singulis. qz p̄mutata p̄positiōe vt dicit lo gici bñ valet argumentū. qz de⁹ diligit miaz. iō dabit gr̄am. qz magna ē dei mia qz p̄ctōri penitēti dat gr̄am. et qz veritatē diligit de⁹. iō gloriā dabit dñs. qz ipse p̄misit dare gloriā penitētibus. **H**odū donatiōis gr̄e declarat euangeliū hodiernū di. **C**ū aut sero factū eēt. dixit dñs vinee p̄curatori. **V**oca oparios et redde illis mercedem incipiēs a nouissimis vsqz ad p̄mos rē. vbi fuit ordo p̄p̄oster⁹ vñ dicit. **E**rūt nouissimi p̄mi. et p̄mi nouis. **N**ota tres declarationes hui⁹ x̄bi. **E**st nouissimi. **P**rima s̄m durationē t̄p̄alē **S**ecūda s̄z p̄ditionē mūdānalē. **T**ertia s̄m affectionem cordialē. **D**e p̄ma sciendū qz de⁹ diuisit t̄ps. qz ē t̄ps laborādi in isto mūdo i bonis opib⁹. s. p̄nie mie iusticie rē. **I**n alio mūdo ē t̄ps q̄scēdi illis q̄ hic laborauerūt **A**uto. **D**ia t̄ps hnt et suis spacijs trāscūt vniūsa sub celo. t̄ps nascēdi et temp⁹

moziendi. tempus plantadi. et tempus euellendi
 quod plantatum est. tempus flendi et tempus ride-
 di. et tempus plangendi et tempus saltandi etc.
Eccl. iij. Ideo christus. Beati qui nunc fletis. scilicet per
 penitentiam. quia ridebitis per gloriam **Luce. vi.**
Modo in hoc mundo sunt quidam primi. scilicet ad gra-
 tiam dei habendam. quidam vero nouissimi qui ta-
 men nouissimi erunt primi in gloria. Sicut patet
 de beato petro qui prius in tempore fuit vocatus ad
 gratiam dei et ad apostolatum quam stephanus. et ta-
 men stephanus fuit primus in gloria bene per tri-
 ginta annos antequam petrus. Ecce quomodo secundum dura-
 tionem temporalem sunt primi nouissimi et nouissimi
 primi. Idem potest dici de sancto andrea et de la-
 trone. **Moraliter** habetur hic doctrina de filiis
 vestris paruis post baptismum decedentibus qui fue-
 runt nouissimi ad gratiam quam parentes. Ideo illi
 non sunt flendi. sed adulti ribaldi etc. Ideo apostolus
 scilicet ad **Thessal. iij.** Nolumus vos ignorare de dor-
 mientibus et innocentibus quiescentibus ut non peri-
 stemini etc. **Secunda** declaratio est super additionem mu-
 danalem. **Conditio** huius mundi est quod illi qui sunt
 diuites honorati et in prosperitate constituti elongan-
 tur a deo. quia nimis diligunt diuitias honores
 etc. Ideo quasi plangendo dicit deus. **Dilectus** me-
 us. id est christianus incrassatus impinguar' dilata-
 tus dereliquit deum factorem suum et recessit a deo
 salutari suo **Deut. xxxij.** Sed aduersitas facit
 oppositum. quia facit perverti gentes ad deum quoniam tri-
 bulati et afflicti sunt. **Auto. Grego. Mala** que nos
 hic premunt ad deum ire compellunt. **Modo** iu-
 sta additionem huius mundi persone diuites magis ho-
 norantur et sunt primi in omni loco tam in ecclesia quam
 in platea. tam in mensa quam in via. pauperes vero sunt
 nouissimi. quia modica mentio fit de ipsis. Sed
 in alio mundo fit totum oppositum. quia pauperes qui sunt
 nouissimi in isto mundo in alio mundo erunt primi
 scilicet in paradiso. Diuites vero qui in hoc mundo sunt
 primi in alio erunt nouissimi. scilicet in inferno. sicut
 patet de diuite epulone et de paupere lazaro **Lu. xvi.**
Tertio declarat verbum predictum secundum affectio-
 nem cordialem. Nam doctrina est theologie quod
 meritum essentiale et gloria essentialis magis re-
 spondet habitui charitatis ad intra quam operibus
 ad extra. verbi gratia. Sit vnus qui fecit multa
 bona opera et alius qui non fecit tot bona ope-
 ra. sed habet maiorem charitatem quam alius et est ma-
 gis seruens in corde talis habebit maiorem gloriam
 celestem vel essentialem quam alter qui facit multa
 bona opera. vnde maiorem gloriam essentialem ha-
 bet. b. martinus de martyrio desiderato quam vnus
 martyr de martyrio presumato. licet ille habeat au-
 reolam et non beatus martinus. **Aug.** Non nume-
 rositas operum. non diuturnitas temporum sed ma-
 ior charitas meliorque voluntas auget meritum.
Hoc modo sunt multi nouissimi primi et eorum
 so. quoniam sunt multi religiosi qui in nouiciatu ser-

uant regulam etc. et quoniam sunt professi totum dimit-
 tunt. Idem de sacerdotibus novis qui sunt deuoti
 etc. sed paulatim efficiunt indeuoti et mali et sic
 efficiunt nouissimi. Sunt alii qui incipiunt sim-
 pliciter bonam vitam et deuotam et continue au-
 gmentant. et sic isti qui erant nouissimi augmen-
 tando erunt primi. Ideo apostolus ad **Phil. j.** Oro
 ut charitas vestra magis ac magis abundet in
 scientia et in omni sensu ut probetis potiora ut si-
 tis sinceres sine offensa non sinceres in charita-
 te etc. **Dico** tertio quod in sancto euangelio ostendit
 distinctio vite cum dicit. Multi sunt vocati pau-
 ci vero electi. Sed est auertas in oppositum de bea-
 to iohanne euangelista cui deus reuelauit gloriam
 qui dicit. **Vidi** turbam magnam quam dinumera-
 re nemo poterat ex omnibus gentibus et populis
 et linguis stantes ante thronum dei etc. **Apo. viij.**
Cum ergo dicit christus. Multi sunt vocati etc.
 cum sint innumerabiles secundum **Joh.** hoc concordatur
 sic per distinctionem. quoniam de electis possumus loqui
 dupliciter. scilicet absolute vel comparative. Si volu-
 mus loqui absolute sic sunt multi. sic dicit iohannes.
Si autem volumus loqui de electis comparan-
 do ipsos ad damnatos sic pauci sunt electi respec-
 tu damnatorum. sicut de manu plena arena in qua
 sunt multa grana absolute. et pauca comparative
 respectu illorum que sunt in litore. Sic genus huma-
 num propter multitudinem comparatur arene. ut pa-
 tet in promissione facta abrahe. cui dixit dominus. **Mul-**
tuplicabo semen tuum sicut stellas celi et sicut are-
 nam que est in litore maris. **Gen. xxij.** De qua de-
 accepit manum plenam. quia iustorum anime in ma-
 nu dei sunt **Sap. iij.** qui absolute sunt innumera-
 biles ut dicit **Joh.** sed respectu damnatorum qua-
 si nihil sunt. **Nota** quod antiquitus multi damna-
 bantur et solum iudei saluabantur et non omnes. Si-
 cut modo saluantur solum christiani et non omnes. hoc
 maxime apparebit in die iudicii quoniam omnes erimus in
 illa magna platea. electi ad dextram. damnati ad
 sinistram. De hoc propheta **Esa.** ponit duas com-
 parationes dei. Quod si pauca oliue que remanserunt
 excruciantur ex oleo et racemi cum fuerit finita vin-
 demia. hi leuabunt voces suas atque laudabunt
 cum glorificatus fuerit dominus hincient de mari etc. **Esa.**
xxij. Querit vnde est quod plures damnentur quam sal-
 uentur. Dicit enim sanctus **Tho. j. pte. q. lxiij. arti. ix.**
 ad primum quod plures angeli preceserunt quam peccauerunt.
 sed in hominibus plures oppositum verum est. Dicit
 enim quod verbum prophete dicentis quod malum est ut in pluri-
 bus. bonum ut in paucioribus intelligendum est quod ad
 homines in quibus malum preterit ex hoc quod sequuntur bo-
 na sensibilia que sunt pluribus nota deserto bono
 rationis quod paucioribus notum est. In angelis autem non
 est nisi natura intellectualis. vnde non est similis ratio
 de angelis et hominibus. **Hec** sanctus **Tho.** Que est igitur
 ratio quod plures homines damnentur quam saluentur. **Re-**
sponsio quod est malicia voluntatis eorum que possent sal-

Dñica in Septuagesima

uari si vellent et nolunt accusando diuinam predestinationem dicentes. q non potest deficere curta men non cogat aliquem nec auferat liberum arbitrium sicut mea scientia et visio q estis hic non cogit vos esse hic. De hoc auto. Eccl. xv. Deus ab initio constituit hominem et reliquit eum in manu consilij sui adiecit mandata et precepta sua. Si voluerit mandata suare. seruabunt te. apposuit tibi ignem et aquam ad quod volueris porrigere manum. Ante hominem vita et mors. bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi etc. Si dicatur. si illud quod placet homini datur. ergo omnes ibimus ad paradysum. quia omnes volumus ire illuc. Responsio hoc nego. quia licet verbo omnes velint saluari. non tamen opere seu defacto. sicut dicit illo qui dicit se ire bunnam et recipit viam nuscie etc. Sic superbus verbo dicit se ire ad paradysum. sed defacto recipit viam inferni. et sic de alijs. unde non dicit voluntas sed velletas ut dicit sanctus Thome. Ideo apostolus. hoc bonum et acceptum coram saluatore nostro iesu qui vult omnes homines saluos fieri. i. ad Timotheum. ij. sed homines nolunt saluari. et licet voluntas dei sit efficacior. tamen non vult cogere aliquem ut vadat ad paradysum. sed dat nobis tribulationes et aduersitates ut peruertamur. Sicut bonus pater qui alapis facit ire filium ad scholas etc. sic deus etc. Patet ergo distinctio vite quod aliqui volunt ire ad paradysum aliqui non. propter quod dixit christus. Multi sunt vocati. pauci vero electi.

De eadem dñica. Sermo. ij.

Quod iustum fuerit dabo vobis. Mat. xx. Pro huius verbi declaratione iuxta intellectum quem volo tractare. Sciendum quod deus in principio fecit creaturas in triplici gradu siue differentia. Quasdam fecit omnino spirituales ut sanctos angelos qui sunt substantie pure spirituales. De quibus ps. ciiij. Qui facit angelos suos spiritus. et ministros suos ignem videntem etc. Apostolus autem dicit. Qui facit angelos suos flammam ignis ad Hebr. j. Quia ad instar flamme angeli semper tendunt sursum ad deum. quia nullum habent retractorium siue retardatiuum sicut nos retrahit corpus. Sap. ix. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Iohannes christus Lu. vlti. Spiritus carnem et ossa non habet. In angelis enim non est materia proprie ut dicit sanctus Thome. j. parte. q. l. arti. ij. et j. scrip. dist. viij. et ij. dist. ij. et in multis alijs locis. Idem dicit ut in depotentia. et in quolibetis quolibeto. ij. et viij. et in summa contra gentiles. hoc idem dicit Dionysius. iij. c. de diuinis nominibus. quod prime creature sicut incorpales ita et materiales intelliguntur. Huius veritatis contrarium auicebron auctor libri fontis vite asseruit et irrationaliter. Quis er-

rorem sanctus Thome. ibi supra. efficaciter confutat scz in. j. parte. q. l. arti. ij. in corpore arti. Secundus gradus creaturarum est omnino corporalius ut sunt animalia irrationalia que sunt corruptibilia non solum quantum ad corpus. sed etiam quantum ad animas eorum que educuntur de potentia materie. Gen. j. Producat terra animam viuentem dixit deus quoniam voluit facere animalia. Ideo totum moritur. Pro dicti intelligentia. Nota quod anima brutorum siue sensitiva non est subsistens. ut dicit sanctus Thome. j. parte. q. lxxv. arti. ij. per totum et nullo modo est hoc aliquid. ac nullam habet per se operationem et traducitur cum semine et non est per creationem qua etiam ex causa anime brutorum desinit esse corpore corrupto. Auctoritas. Cuncta suple animalia subiacent vanitati et omnia pergunt ad unum locum. de terra facta sunt et in terram pariter reuertuntur. Eccl. ij. Et sicut angeli omnino tendunt sursum ad deum. per oppositum animalia tendunt deorsum ad terram quia nihil habent spirituale. Tertius gradus creaturarum quasi epilogo est homo qui est compositus de materia corporali quantum ad corpus in quo est similis iumentis et spiritua li quantum ad animam in qua est similis angelis. quoniam anima rationalis non educitur de potentia materie. Ideo est immortalis ut angeli. Quia anima rationalis sit incorruptibilis probat sanctus Thome. j. parte. q. lxxv. arti. vj. et ij. dist. xix. arti. j. et ij. contra gentiles. c. lxxviij. et lxxix. Gen. ij. Formauit deus hominem de limo terre quantum ad corpus. et inspirauit in faciem eius spiraculum vite quantum ad animam. ac si angelus a deo mitteret in corpore deluto formato ut ipsum regeret et gubernaret. id quantum ad corpus moritur homo ut iumentum. Eccl. ij. Unus est interitus hominum et iumentorum quantum ad corpus. ut dicit sanctus Thome. j. parte. q. lxxv. arti. vj. in solutione ad primum. sed anima est immortalis et quantum corpus moritur anima vadit ad deum reddere rationem. Reuertatur puluis ad terram unde erat et spiritus redeat ad deum qui dedit illum. Eccl. vlti. Sicut miles cui rex commisit castrum in medio inimicorum. quod si bene custodierit castrum premiabitur a rege. aliter punietur. Sic corpus ad instar castrum consistit in medio inimicorum in quo deus mittit spiritum tanquam militem ad custodiendum ne per portas sensuum corporaliu intrent inimici. quod si bene custodit premitur in morte alias punietur tanquam peccator et peccator. Apostolus. Statutum est omnibus hominibus semel mori. quantum ad corpus. et post hoc iudicium quantum ad animam ad Hebr. ix. in quo iudicio datur rationem de gubernatione corporis. De quo iudicio dicit christus in themate. Quod iustum fuerit dabo vobis. i. in illo iudicio. patet thema Scd Aug. in lib. de cura pro mortuis agenda. tres sunt gradus decedentium siue morientium.

Quidam sunt boni perfecte.

Quidam sunt mali peruerse.